



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

263. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

126 REGINONIS LIB. I.
probè ad potiorem aspiraverit, canonica erga
eum definitio conservetur.

De baptismo, & quo tempore celebrandus
sit. *Ex canone Apostolorum.*

CCL XII. Si quis Episcopus aut Presby-
ter juxta præceptum Domini non baptizavé-
rit in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti,
sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus
Filiis, aut in tribus Paraclitis, abiciatur.

Can. Aposto-
lor. c. 49.
Burchard. lib.
4. c. 22.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCL XIII. Si quis Episcopus aut Pres-
byter non trinam mersionem unius mysterii
celebret, sed semel mergat in baptismate quo-
dari videtur in Domini morte, deponatur.
Non enim dixit Dominus *In morte mea bat-*
tizate, sed: Euntes docete omnes gentes, bat-
zantes eos in nomine Patris & Filij & Spiriti
sancti.

Matth. 28.

Quod Pascha & Pentecosten sit baptiza-
dum. *Ex epistola Leonis Papæ.*

Decreta Leo-
nis I. c. 11.
Burchard. lib.
4. c. 2.

Ibid. c. 12.

CCL XIV. Unde quia manifestissimi-
patet baptizandis in Ecclesia electis hæc duo
tempora, id est, Pascha, & Pentecosten, esse
legitima, dilectionem vestram monemus ut
nullos alias dies huic observantia misceatis
quia sicut sunt alia quoque festa, quibus multi
in honorem Dei reverentia debeatur, prin-
cipaliter tamen & maximi sacramenti custodien-
da nobis est mysticæ rationis exceptio, non in-
terdicta licentia, qua in baptismo tribuendo
quolibet tempore periclitantibus subvenitur.